Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-693205-p0001-9

Ung VI 182

Occasionalia
potissimum carmina
vol. 22

VI-182.

VI-182.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-693205-p0002-5

148

I. T. Π.

AD

OFFICIVM ONOMASTICVM,

VIRI,

SVMME REVERENDI, MAGNIFICI, EXCELLENTISSIMIQVE DOMINI,

DOMINI IOANNIS GEORGI NEVMANNI,

DOCTORIS AC PROFESSORIS THEOLOGI IN INCLVTA SAXONVM AD ALBIM ACADEMIA LONGE CELEBERRIMI MERITISSIMIQVE,

PERSEQVENDVM

EA, QVA DECET OBSERVANTIA, CONSVRGIT,

ET

APODIXIN HANC GRATVLATORIAM,

AD SACRA TENDENS,

COLLEGIOQVE APHORISTICO INITIATA,

EXHIBET

A. C. CIↃ IↃ CC IX. AD D. VI. K. QVINCTIL.

OBSEQVIOSISSIMA COHORS.

VITEMBERGAE, PRELO GERDESIANO.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-693205-p0003-1

QVoduis Seculum ſuos habüit ſeductores,
Serpentis ſurculos,
Animos coecos improbosque.
Vna equidem *Sponſa*,
Multae tamen Reginae,
Pleraeque Pellices ſunt,
Ex Scripturae eleuatione,
Traditionum iactatione,
Perpetuaque dubitatione natae.
Licet haud exceperis
Omnis omnino mali germen,
Teſtibus, *Luthero* ac *Eſpagnaeo*,
Praepoſterum pietatis, moralitatis,
Singularitatis, nouitatisque ſtudium,
Licet nec male porro ſubintellexeris
Solidioris ſacrae ſcientiae inopiam,
Nauſea Praeceptoris *Eli*
Aduerſa *Samueli*
Aetio aliisque ſubnatam,
Atque ſacrum ſubinde faſtum,
Quem depinxit *Baierus*,
Futurorumque tandem fruſtraneam, furioſam, uariam,
Ne uel decepti, uel deceptores uideantur fanatici,
Praedictionem,
Quos contra aetate iam Apoſtolica et ſequentibus, natos
Cerinthianos, *Origenianos*, *Origeniſtas*,
Gnoſticos, ſanctulosque *Cathaphryges*,
Puriores, quanquam non omnes *Patres*
(Vti *Dallaei Vſus* docet)
Bardeſanes, *Apollinarius*, *Iuſtinus*,
Irenaeus, non ſane *Irenica*
Emiſere.
Similiter et *noſtro aeuo* inuenit
Lucretia Tarquinium,
Inſutilis CHRISTI tunica *Carpum*,
Diuini Philoſophi, *Colubri Britannici*,
Fauſti, ac nobilis ab *Oſſinck*,
Horbii, *Labbadique*,
In uita *Pietiſtarum Patriarchae*
(Fatis *Iuliani* uidelicet penſitatis)

Vaſre

Vafre omiſſi,
Veſtigia liberius, turpius, legentem,
Verbo, *Semiſalvatorem* ſtatuentem.
Quare ſi quisquam alius,
TV *praecipue*,
Socratice Lutheraniſmi Apologeta,
Stella olim iam *Sidus* quaſſati Sionis,
NEVMANNE MAGNIFICE,
Velut alter *Palladius*,
Fiſſuras hiantis templi ſubtiliter obſeruas.
Alioquin, doctrinarum ſublimitate
Virtutumque diuinarum, adeoque immerſabilium, carbunculo
(Quibus nec fama mentitur)
Deſideratis,
Animus errore lentus falſa diligeret.
TE uero, nulla eſt materia,
Quae doctum non fecerit,
Nulla eſt, quam *Ipſe* non docueris.
Hinc *Malleus Publiorum*,
Thebanum Par minantium,
Fuiſti, diceremus, es.
Nullus certe fidem illorum male ambulantem
(Inepta enim perſuaſione nihil falſius,
Nec ficta ſeueritate ineptius)
Nullus nocturnas religiones,
Caduceumque ac praedam,
Quam ingenioſa ipſorum gula
Hamis Tremulo blandientibus tenerius conuellit,
Luminumque deliquia, fatuos ignes,
Nullus denique impetum morbi huius ſacri,
Triſtiumque fabularum contextum,
Monſtrata ſubtilitate,
Tanto niſu, ac NOSTER,
Rumpit, lenit, auertit, detegit,
TVI enim auguſto demiſſoque animi legato,
Morte obliuionis ac uita recordationis noſtrae,
Vel ſolis acceptis et uiſis,
Humore ſuo defectae,

Hallen-

Hallenſium occidentes lucernae
Vel penitus extinguuntur, uel ſaltem ſic obſcurantur,
Vt ſilentium illorum,
In quo nulla eloquentia, ſed mera loquentia,
Quae non confutat, deprehenditur.
Vix obſcurius occurrentis furioſi lumen promittat.
Bene Sane.
Genio INGENTIS NEVMANNI *infracto*,
Deſiderata eruditionis Theologicae largius explenti,
Ad ſanctulos confutandos,
Priſcoque more recenſendo notandos
Pro *ciuitate Dei* peruigilium debetur.
Lutheri enim feruorem, *Philippi* facilitatem,
Brentii elegantiam,
Lyſerorum, quorum ἀυϊόγραφα uulgas, iudicium,
Rappolti breuitatem, *VValtheri* ſoliditatem,
Caloviique ϊὸ πᾶν complecteris.
O FORTVNATAM NATAM TE THEOLOGO LEVCOREAM!
Namque IOANNES es,
Velut *Pericles* in Graecia,
Scipiones in Iberia,
Sic *fulmem belli ſacri filiusque* tonitru,
Aquila, *Iachmin*, *Boos*,
Tabernaculi cluis.
Faxit NVMEN porro ſis
ENCOLPAEVS, annis geſtisque MAGNVS,
Nec unquam lintea mittas nudus,
Sed cum LEDA, ARIADNE, et Vnica ſpe, probis,
Vsque ad plaudite, et ex uotis
Parentis, praecipue tempeſtiuius adiutus,
Ad uirtutum comitem, felicibus,
Vigeas, floreſcas.
Capite enim concuſſo latera tremunt.
Ioiada denato naſcitur exitii filia.
Tandem nihil eſt commodius,
Quam ſemper cum SAPIENTIA *loqui.*

Ung VI 182

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-693205-p0007-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-693205-p0008-9

148

I. T. Π.

AD

OFFICIVM ONOMASTICVM,

VIRI,

SVMME REVERENDI, MAGNIFICI, EXCELLENTISSIMIQVE DOMINI,

DOMINI

…NIS GEORGI

…VMANNI,

…C PROFESSORIS THEOLOGI

…SAXONVM AD ALBIM ACADEMIA

…CELEBERRIMI MERITISSIMIQVE,

PERSEQVENDVM

…CET OBSERVANTIA, CONSVRGIT,

ET

…HANC GRATVLATORIAM,

…AD SACRA TENDENS,

…OQVE APHORISTICO

INITIATA,

EXHIBET

…Ↄ CC IX. AD D. VI. K. QVINCTIL.

…OSISSIMA COHORS.

…ERGAE, PRELO GERDESIANO.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-693205-p0009-8